34

1463. 27 maggio Roma

PIUS eps servus servor dei Dilectis filiis .. Abbati Monasterii sancti Benedicti extra muros Mantuan et
et Archidiacono ac Archipbro eccle Mantuan Salt et aplicam ben. Ex iniuncto nobis desuper aplice servitutis offitio ad ea libenter intendimus per que ecclar et dignitatu ecclasticar como
dis et utilitatibus salubriter consulatur. Sane dilectus filius nr Franciscus sancte Marienove diaconus Cardinalis nobis nuper exposuit qd olim bone memorie Guido de Gonzaga sedis aplice Nota
rius tunc Prepositura sancti Benedicti de Padolirone Mantuan dioc obtinens eiusdem Prepositure statum efficere cupiens meliore nonnullas petias terre steriles silvestres et incultas ad ipam Prepositura
legitime pertinentes ex quibus tunc nulla aut modica utilitate percipiebat de eiusde sedis licentia et similiter postea idem Franciscus Cardinalis qui eande Prepositura post ipius Guidonis predecessoris sui obitu
extitit canonice assecutus nonnullas alias petias terre quas sua et nonnullar aliar personar industria ad ius et proprietate dicte Prepositure reduxit quibusdam Civibus et Comitatensibus aliisq perso
nis tam ecclasticis qua laicalibus Civitatis et districtus Mantuan ad Novem Annos locaverat necno Cives Comitatenses et personas predictas de eisdem petiis terre prout singulas concernit pro dicto
tempore investiverunt propter quasquide locationes seu concessiones ipius Prepositure condictio ut ex perceptione pensionis terrar earde apparet evidenter meliorata est ac plura et diversa melioramenta
in ipis petiis terre per Cives Comitatenses et personas predictas facta fuere. Cum aute sicut ipius Cardinalis expositio subiungebat ipe per premissa manifeste cognoscat qd si dicte petie terre eisde Civibus
Comitatensibus et personis in emphiteosim perpetua concederentur Cives Comitatenses et persone predicte conspitientes utile dominiu terrar earde ad se perpetuo pertinere pro illis censum sive canonem
amplioru eide Cardinali sive Preposito pro tempore existenti solverent et ad meliorandu petias terre predictas easq sub debita cultura conservandu animarentur in dies cederetq premissa in evidente ipius Pre
positure utilitate. Quapropter dictus Cardinalis nobis humiliter supplicavit ut locationes seu concessiones per ipm ad Novenniu auctoritate propria ac etia Guidone predecessore prefatu ut premittitur factas appro
bare et confirmare necno sibi dictas petias terre in emphiteosi perpetua sub annuo censu sive canone convenienti et honesto tam Civibus Comitatensibus et predictis qua aliis personis de quib sibi videbitur et cu quib
Prepositure condictione efficere poterit meliore etia recepta per eu certa quantitate pecuniar ab eisdem emphiteotis in utilitate ipius Prepositure convertenda concedendi licentia concedere ac alias super his oportune
providere de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur qui alias de premissis certa notitia no habem petiar terre earde situationes confines per ear designationes et loca presentib pro expressis habentes volentes
huiusmodi supplicationib inclinati discretioni vre per aplica scripta committim et mandamus quatinus vocatis vocandis vos vel duo vrm coniuncti de eisde premissis omnibus et singulis ac eor circumstantiis universis auctoritate nra vos diligenter
informetis et si per informatione huiusmodi locationes predictas hacten ut premittitur factas cessisse alias vero concessiones huiusmodi si fiant in evidente ipius Prepositure utilitate cedere repereritis super quo vras consientias oneram
dictas locationes ad Novem Annos si et prout alias rationabiliter processerit approbare et cofirmare omnesq defect siqui forsan intervenerit in eisde supplere necno prefato Cardinali petias terre predictas Civib Civitatensib et aliis personis
predictis cu quib eiusde Prepositure condictione efficere poterit meliore cu receptione quantitatis pecuniar ut prefertur in huiusmodi emphiteosi perpetua concedendi eade auctoritate licentia largiamini. Volum aute qd ipe Cardinalis
pecunie quantitate quam ex concessione predicta exigi cotigerit ut prefertur in emptione alior bonor inmobiliu aut constructione edificatione seu reparatione domor vel alior edifitior ipi Prepositure et eius villis terris seu locis accomo
dor ac utiliu et no alias omnino convertere debeat et teneatur. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus aplicis ceterisq contrariis quibuscumq. Dat Rome apud Sanctumpetrum
Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimosexagesimotertio Sexto Kl May Pontificatus nri Anno Quinto

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 7 (34)

G. de Piccolominibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801373388-12/fragment/page=0001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801373388-12/fragment/page=0002

34

1463. 29 maggio Roma

Pius epus ſervus ſervorum dei Dilectis filijs .. Abbati Monaſterij ſancti Benedicti extra muros Mantuan et
et Archidiacono ac Archipresbytero eccle Mantuan Salutem et aplicam ben. Ex iniuncto nobis deſuper aplice ſervitutis officio ad ea libenter intendimus per que eccliarum et dignitatum eccliaſticarum como
dis et utilitatibus ſalubriter conſulatur. Sane dilectus filius noster Franciſcus ſancte Marie nove diaconus Cardinalis nobis nuper expoſuit qd olim bone memorie Guido de Gonzaga ſedis aplice Nota
rius tunc Prepoſituram ſancti Benedicti de Padolirone Mantuan dioc obtinens eiuſdem Prepoſiture ſtatum efficere cupiens meliorem nonnullas petias terre ſteriles ſilveſtres et incultas ad ipam Prepoſituram
legitime pertinentes ex quibus tunc nulla aut modica utilitate percipiebat de eiuſdem ſedis licentia et ſimiliter poſtea idem Franciſcus Cardinalis qui eandem Prepoſituram poſt ipius Guidonis predeceſſoris ſui obitum
extitit canonice aſſecutus nonnullas alias petias terre quas ſua et nonnullarum aliarum perſonarum induſtria ad ius et proprietatem dicte Prepoſiture reduxit quibuſdam Civibus et Comitatenſibus alijſque perſo
nis tam eccliaſticis quam laicalibus Civitatis et diſtrictus Mantuan ad Novem Annos locaverunt necnon Cives Comitatenſes et perſonas predictas de eiſdem petijs terre prout ſingulas concernit predicto
tempore inveſtiverunt propter quaſquidem locationes ſeu conceſſiones ipius Prepoſiture conditio ut ex perceptione penſionis terrarum earundem apparet evidenter meliorata eſt ac plura et diverſa melioramenta
in ipis petijs terre per Cives Comitatenſes et perſonas predictas facta fuere. Cum autem ſicut ipius Cardinalis expoſitio ſubiungebat ipſe per premiſſa manifeſte cognoſcat qd ſi dicte petie terre eiſdem Civibus
Comitatenſibus et perſonis in emphiteoſim perpetuam concederentur Cives Comitatenſes et perſone predicte conſpicientes utile dominium terrarum earundem ad ſe perpetuo pertinere pro illis cenſum ſive canonem
ampliorem eidem Cardinali ſive Prepoſito pro tempore exiſtenti ſolverent et ad meliorandum petias terre predictas eaſque ſub debita cultura conſervandum animarentur in dies cederetque premiſſa in evidentem ipius Pre
poſiture utilitatem. Quapropter dictus Cardinalis nobis humiliter ſupplicavit ut locationes ſeu conceſſiones per ipſum ad Novennium auctoritate propria ac etiam Guidone predeceſſore prefatum ut premittitur factas appro
bare et confirmare necnon ſibi dictas petias terre in emphiteoſim perpetuam ſub annuo cenſu ſive canone convenienti et honeſto tam Civibus Comitatenſibus et predictis quam alijs perſonis de quibus ſibi videbitur et cum quibus
Prepoſiture conditionem efficere poterit meliorem etiam recepta per eum certa quantitate pecuniarum ab eiſdem emphiteotis in utilitatem ipius Prepoſiture convertenda concedendi licentiam concedere ac alias ſuper hijs oportune
providere de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur qui alias de premiſſis certam notitiam non habemus petiarum terre earundem ſituationes confines per earum deſignationes et loca preſentibus pro expreſſis habentes volentes
huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtre per aplica ſcripta committimus et mandamus quatinus vocatis vocandis vos vel duo aut unus veſtrum coniuncti de eiſdem premiſſis omnibus et ſingulis ac eorum circumſtantijs univerſis auctoritate nostra vos diligenter
informetis et ſi per informationem huiuſmodi locationes predictas hactenus ut premittitur factas ceſſiſſe alias vero conceſſiones huiuſmodi ſi fiant in evidentem ipius Prepoſiture utilitatem cedere reppereritis ſuper quo veſtras conſcientias oneramus
dictas locationes ad Novem Annos ſi et prout alias rationabiliter proceſſerunt approbare et confirmare omneſque defectus ſiqui forſan intervenerint in eiſdem ſupplere necnon prefato Cardinali petias terre predictas Civibus Comitatenſibus et alijs perſonis
predictis cum quibus eiuſdem Prepoſiture conditionem efficere poterit meliorem cum receptione quantitatis pecuniarum ut prefertur in huiuſmodi emphiteoſim perpetuam concedendi eadem auctoritate licentiam largiamini. Volumus autem qd ipſe Cardinalis
pecunie quantitatem quam ex conceſſione predicta exigi contigerit ut prefertur in emptione aliorum bonorum immobilium aut conſtructione edificatione ſeu reparatione domorum vel aliorum edificiorum ipi Prepoſiture et eius villis terris ſeu locis accomo
dorum ac utilium et non alias omnino convertere debeat et teneatur. Non obſtantibus Conſtitutionibus et ordinationibus aplicis ceteriſque contrarijs quibuſcumque. Dat Rome apud Sanctumpetrum
Anno Incarnationis dominice Milleſimoquadringenteſimoſexageſimotertio Sexto Kl Maij Pontificatus nostri Anno Quinto

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 7 (34)

;G. de Piccolomini;

XXXIV

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801373388-12/fragment/page=0003